# Actum in Curia Regia Branscensi Feria sexta in Crastino Festi Sanctorum Petri et Pauli Apostolorum prox. Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Primo.

**Poletylij** **Donatio.**

Coram officio et actib. praesentibus Castren. Capitan. Branscen. plr. comparens Nobilis Iustina Filia olim Martini Poletylo consors Nobilis Martini Kiersnowski cum eiusdem mariti sui personali assistentia et consensu praesentaneo sana mente et corpore existens palam pucé ac libere Recognouit. Quia Nobili Seuerino olim Constantini Poletylo Fratri Patrueli et eius posterib. Bona sua omnia mobillia et immobillia in haereditate Poletylij consistentia se post Parentes suos utrosque iure naturalis successionis concernen., in areis hortis agris pratis campis syluis Fluuijs aedificijs et generaliter cum omnibus ac singulis eorundem Bonorum utilitatibus Fructibus prouentibus redditibus attinentijs et pertinen. cunctisque commodis et obuentionibus nullis penitus exceptis Nec non cum omni iure suo dominio proprietate propinquitate tituloque haereditario et prout se praefata Bona in suis mettis et limitibus circumferentiaque habent et extendunt pura mera syncera ac irreuocabili donatione perpetuis ac aeternis temporibus dedit donauit inscripsit et resignauit Cui iam ex nunc in dicta Bona realem introm. cum actuali ac pacifica possesione per Mlem. et Nobiles duos offosc. acceptandam dat et admittit Pacemque tuitionem et euictionem ab omni impedimen. iuridico per omnes processus Terrestres cauet sub damnis Terrestribus simpli taxatis et edicendis Et Coram offo. praesenti per emptoria vnione et satisfactione sine ulla dillatione motione apellatione diffugio quouis ac exceptione Hac sua Personali Recognitione in praemissis mediante.

**Lubino Ecclesiasticae ViceCapitanei Loci huius Intromissio**

Minialis Regni Generalis Prouidus Ioannes Pilik authenticus et iuratus Coram officio et actib. praesentibus atque Nobili Anzelmo Szabłowski per Generosum Ioannem Casimirum Luba ViceCapitaneum Loci huius in locum officij sui subdelegato una cum nobilibus Adamo et Christophero Truskowskiemi plr. stans pucé et libere Recognouit. Quia Feria sexta post Festa Solennia Pentecosten prox. praeterita condescendendo ad Bona Lubino Ecclesiastica ibidem Generosum Ioannem Casimirum Luba ViceCapitaneum Castren. Branscensem in Bona omnia mobillia et immobillia in haereditate praefata villa Lubino Ecclesiastica consisten. principali per Nobiles Martinum Koc et Helizabeth Iablonska coniuges Nobili Alberto olim Simonis Borowski modo perpetuae donationis Coram actib. Terrestribus Branscen. inscripta, Tandem per praefatum Borowski Nobili Zophiae Kocowna consorti Nobilis Mariani Skłodo cessa, Postmodum per praefatam Zophiam Skłodowna cum eiusdem mariti assensu ipsi Generoso ViceCapitaneo perpetuo resignata eorundem Bonorum aedificia areas hortos agros prata campos syluas rubeta gaiya paludibus

Pluuijs

844